



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

11 vtrum sancti in patria orent pro nobis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ARTICVLVS X.

Vtrum orare sit proprium rationalis creaturae.

AD DECIMUM sic proceditur. Videtur quod orare non sit proprium rationalis creaturae. Eiusdem videtur esse petere, & accipere: sed accipere conuenit etiam personis inuicatis, scilicet Filio, & Spiritui sancto. ergo etiam eis conuenit orare. nam & Filius dicit Io. 14. Ego rogabo patrem meum: & de Spiritu sancto dicit Apostolus: Spiritus postulat pro nobis.

SED CONTRA. Orare est actus rationis, ut supra habitum est: sed rationalis creatura a ratione dicitur. ergo orare est proprium rationalis creaturae. RESPON. Dicendum, quod sicut ex supra dictis patet, oratio est actus rationis, per quam aliquis superiorem deprecatur: sicut imperium est actus rationis, quo inferior ad aliquid ordinatur. Illi enim proprie competit orare, cui conuenit rationem habere, & superiorem, quem deprecari possit. Diuinis autem personis nihil est superius. bruta autem animalia non habent rationem. Vnde neque diuinis personis, neque brutis animalibus conuenit orare, sed proprium est rationalis creaturae.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod diuinis personis conuenit accipere per naturam, orare autem est accipientis per gratiam. Dicitur autem Filius rogare, uel orare secundum naturam assumptam, humanam, non secundum diuinam: Spiritus autem sanctus dicitur postulare, quia postulantem nos facit.

AD SECUNDUM dicendum, quod intellectus & ratio non sunt in nobis diuersae potentiae, ut in brutis animalibus est. Differunt autem secundum perfectum, & imperfectum: & ideo quandoque intellectuales creature, quae sunt angeli, distinguuntur a rationalibus, quae autem sub rationalibus comprehenduntur. Et hoc modo dicitur oratio esse proprium rationalis creaturae.

AD TERTIUM dicendum, quod pulli coruorum dicuntur inuocare Deum propter naturale desiderium, quo omnia suo modo desiderant consequi bonitatem diuinam. Sic etiam bruta animalia dicuntur Deo obedire, propter naturalem instinctum, quo ad Deum mouentur.

ARTICVLVS XI.

Vtrum sancti, qui sunt in patria, orant pro nobis.

AD VNDECIMUM sic proceditur. Videtur, quod sancti qui sunt in patria, non orant pro nobis. Actus enim alicuius magis est meritorius sibi, quam aliis: sed sancti qui sunt in patria, non merentur sibi, nec pro se orant, quia iam sunt in termino constituti. ergo etiam neque pro nobis orant.

SED CONTRA. Sancti perfecti suam uoluntatem Deo conformant, ut non

uelint, nisi quod Deus uult: sed illud quod uult, semper impletur: ergo frustra sancti pro nobis orant.

SED CONTRA. Sicut sancti qui sunt in patria, sunt superiores nobis, ita & illi qui sunt in purgatorio, quia iam peccare non possunt: sed illi qui sunt in purgatorio, non orant pro nobis, sed magis nos pro eis. ergo nec sancti qui sunt in patria pro nobis orant.

SED CONTRA. Si sancti qui sunt in patria, pro nobis orarent, superiorum sanctorum esset efficacior oratio. non ergo deberet implorari suffragium orationum sanctorum inferiorum, sed solum superiorum.

SED CONTRA. Anima Petri non est Petrus: si ergo anime sanctorum pro nobis orarent, quamdiu sunt a corpore separatae, non deberemus interpellare sanctum Petrum ad orandum pro nobis, sed animam eius, cuius contrarium Ecclesia facit: non ergo sancti, ad minus ante resurrectionem, pro nobis orant.

SED CONTRA est, quod dicitur 2. Mach. ult. Hic est qui multum orat pro populo, & uniuersa sancta ciuitate Hieremias propheta Dei.

RESPON. Dicendum, quod sicut Hier. dicit. Vigilantii error fuit, quod dum uiuimus, multo pro nobis orare possumus: postquam autem mortui fuerimus, nullius pro alio sit exaudienda oratio, praesertim cum martyres ultionem sui sanguinis obsecrantes, impetrare nequeant. Sed hoc est omnino falsum, quia cum oratio pro aliis facta ex charitate proueniat, ut dictum est, quanto sancti qui sunt in patria, sunt perfectioris charitatis, tanto magis orant pro uiatoribus, qui orationibus iuari possunt: & quanto sunt Deo coniunctiores, tanto eorum orationes sunt magis efficaces. Habet enim hoc diuinus ordo, ut ex superiorum excellentia in inferiora refundatur, sicut ex claritate Solis in aere.

Vnde & de Christo dicitur Hebrae. 7. Accedens per semetipsum ad Deum ad interpellandum pro nobis. Et propter hoc Hierony. contra Vigilantium dicit. Si Apostoli, & martyres adhuc in corpore constituti, quando pro se adhuc debent esse solliciti, pro aliis orant, quanto magis post coronas, uictorias, & triumphos?

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sancti, qui sunt in patria, cum sint beati, nihil deest nisi gloria corporis, pro qua orant. Orant autem pro nobis, quibus deest beatitudinis ultima perfectio. Et corum

quid de eis, cum non sit eadem ratio de ipsi, & beatis.

AD HEC dicitur, quod si fundamentum ac radix, unde sanctorum in patria oratio pro nobis prodit, consideretur diligenter, inuenitur locum habere non solum in ipsis comprehensoribus, sed et in sanctis qui erant in limbo: quoniam charitas eorumdem statum superiorem simpliciter: ponitur ratio orandi pro nobis. Propter hoc. n. secundum excluditur in responsione ad tertium existens in purgatorio ab oratio pro nobis, quia non sunt totaliter nobis superiores, sed ratione poenarum inferiores, & egeres nostris orationibus. Constat autem quod sancti olim in limbo patrum, erant in charitate confirmati, & impeccabiles, & nulli propriis seu nonae poenae subiecti. Nam poena damnata est eis, & uiatoribus, extra omnem autem sententiam poenae erant: eorum igitur erat orare pro nobis.

SED ADVERTENDA est differentia inter eos, & sanctos in patria: quia licet utriusque commune sit orare pro uiatoribus, proprium tamen sanctorum in patria est videre orationes uiatorum sibi directas. Vnde Hieremias tunc orare debet, non orationes, aut preces eorum audisse. Misericordia ergo auctor limbum patrum cum patria quod ad orationes pro nobis: quia eadem est ratio, & argumentum a minori assumptum. Nec oportuit aliter in speciali de eis determinare, ex quo allata in litera ratio in eis locum habet, & a purgatorio sunt diuisi.

In responsione eiusdem articuli aduerte, quod sancti orantes, neciunt si impetrabunt, sed petunt testimonium, ut in litera dicitur, id Deo placituri. Et de hoc orando consistunt diuinam maiestatem, per quod diuersi sancti abique discordia voluntatum: contraria petunt, quasi contraria proponentes adunati ad Dei beneplacitum. Vnde Daniel. 10. dicitur, quod princeps Persarum restitit mihi.

Hier. cont. Vig. Circa finem primi folij a pri. epist. q. incipit: Multa in orbe, com. 3.

art. 7. & 8. D. 380.

Lecco citato in prin. cor. titius art. 3.

Supes

orationes habent efficaciam impetrandi ex praecedentibus eorum meritis, & ex diuina acceptione.

AD SECVNDVM dicendum, quod sancti impetrant illud, quod Deus vult fieri per orationes eorum. Et hoc per eum, quod estimant eorum orationibus implendum, secundum Dei voluntatem.

AD TERTIVM dicendum, quod illi qui sunt in Purgatorio, etsi sint superiores nobis propter impeccabilitatem, sunt tamen inferiores quantum ad penas, quas patiuntur. Et secundum hoc non sunt in statu orandi, sed magis ut oretur pro eis.

AD QVARTVM dicendum, quod Deus vult inferiora per omnia superiora iuari: & ideo oportet non solum superiores, sed etiam inferiores sanctos implorare, alioquin esset solius Dei misericordia imploranda. Contingit tamen quandoque quod imploratio inferioris sancti efficacior est, vel quia deuotius imploratur, vel quia Deus vult eius sanctitatem declarare.

AD QVINTVM dicendum, quod quia sancti uiuētes meruerunt, ut pro nobis orarent: ideo inuocamus eos nominibus, quibus hic uocabantur, quibus etiam nobis magis innotescunt: & iterum propter fidem resurrectionis in sinuandam, sicut legitur Exo. 3. Ego sum Deus Abraham.

Super quest. de uenerabili articulo duodecimum.

ARTICVLVS XIIII.

Utrum oratio debeat esse uocalis.

IN arti. 12. eiusdem questionis, nota diligenter, qui murmuras de officio ecclesiastico, tria, distinctionem uocalis orationis, necessitatem, conditiones. Distinguitur siquidem oratio uocalis in communem, & propriam, seu singularem. Necessitas communis est, quia in persona Ecclesie offertur. Cum enim Ecclesia ex sensitiuis creaturis constituitur, oportet sensibiles, ac per hoc uocales per suos ministros orationes offerre, alioquin nesciret offerre per ministros orationis cultum, ac munus quod Deo per illos offert. Non no- uit enim Ecclesia nisi quae foris sunt. Necessitas propria est uocis, ac consensu da. Conditiones communis orationis sunt duae, quod scilicet sit uocalis, & quod sit alta. Prima est simpliciter necessaria, ut de claratum est. Secunda est rationabilis, ut in littera dicitur. Propter quod dicentes priuatas missas ita submisit de industria, ut intelligi ab auditoribus nequeant, a ratione deui uidentur, & inexc-

3. di. 9. q. 1. ar. 3. q. 3. 2. 3. Et 4. dist. 35. q. 4. art. 2. q. 1. ar. 4. huius quatuor.

Art. i. ad 2.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quod oratio non debeat esse uocalis. Oratio enim fit ex dictis, patet principaliter Deo porrigitur: Deus autem locutionem cordis cognoscit. frustra ergo uocalis oratio adhibetur.

¶ 2. Praet. Per orationem mens hominis debet in Deum ascendere, ut dictum est: sed uoces retrahunt homines ab ascensu contemplationis in Deum, sicut & alia sensibilia ergo in orationibus non est uocibus utendum.

¶ 3. Prae. Oratio debet offerri Deo in occulto, secundum illud Mat. 6. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito: sed per uocem oratio publicatur. ergo non omnino debet esse uocalis.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psalm. 3. Voce mea ad dominum clamaui, uoce mea ad Dominum deprecatu sum.

RESPON. Dicendum, quod duplex est oratio, communis, & singularis. Communis quidem oratio est, quae per ministros Ecclesiae in persona totius fidelis populi Deo offertur: & ideo oportet, quod talis oratio innotescat toti populo, pro quo proferatur, quod non posset fieri, nisi esset uocalis: & ideo rationabiliter institutum est, ut ministri Ecclesiae huiusmodi orationes etiam alta uoce pronuntient, ut ad notitiam omnium possint perue-

nire. Oratio uero singularis est, & offertur a singulari persona cuiuscumque siue pro se, siue pro alio orantis: & de huiusmodi orationis necessitate non est, quod sit uocalis: adiungitur tamen uox tali orationi triplici ratione. Primo quidem ad excitandum interiorum deuotionem, quae mens orantis eleuetur in Deum: quia per cetera signa siue uocum, siue etiam aliorum factorum, mouetur mens hominis secundum apprehensionem, & per consequens secundum affectionem. Unde Augustinus dicit ad Probam, quod uerbis, & aliis signis ad augendum desiderium sanctum, non ipsos acriter excitamus: & ideo in singulari oratione tantum est uocibus, & huiusmodi signis utendum, quantum proficit ad excitandum interiorum mentem. Si uero mens per hoc distrahatur, uel qualitercumque impediat, est a talibus cessandum. Quod praecipue contingit in his, quorum mens sine huiusmodi signis est sufficienter ad deuotionem parata. Unde Petrus dicit. Tibi dixit cor meum, & exquirit te facies mea. Et de Anna legitur. Reg. 1. quod loquebatur in corde suo. Secundum, adiungitur uocalis oratio quasi ad redditionem debiti, ut scilicet homo Deo seruiat secundum illud quod ex Deo habet, id est, non solum corpore, quod praecipue competit orationi, quod est satisfactoria. Unde dicitur. Oremus aufer iniquitatem, & acripe bonum mus uirulos labiorum nostrorum. Tertium uocalis oratio ex quadam redundanti corpore ex uehementi affectione, sicut in Psalm. 15. Latatum est cor meum, & lingua mea.

ARTICVLVS XIII.

Utrum de necessitate orationis sit quod sit uocalis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod oratio non proferatur ad hoc, quod aliquid manifestetur: sed ad hoc, quod in corde uocis excitetur in Deum.

AD SECVNDVM dicendum, quod uocem uocalis distrahunt mentem, & impediunt orationem orantis: sed uerba significantia ad orationem pertinent, excitant mentes, & mouent deuotas.

AD TERTIVM dicendum, quod oratio fit, & dicitur super Matthaeum. Eo propositum uetat in conuento orare, ut a communi de orans nihil nouum facere debeat, sed homines uel clamando, uel per manus expandendo. Nec tamen, ut dicitur in libro de sermo. Domini in monte, in uocibus nefas est, sed ideo hoc agere, ut non uidearis.

ARTICVLVS XIII.

Utrum de necessitate orationis sit quod sit uocalis.

AD TERTIVM dicendum, quod proceditur. Videtur, quod